

Aduertencias para

pondetur negatiuè cum in eis nulla fiat mē-
tio de dispensatione, neq; de censuris : & sit
opinio doctissimorum virorum, q̄ etiam si
concedatur absolutio, & dispensatio a censu-
ris in aliquibus Bullis, aut priuilegiis, non
censetur concessa dispensatio ab Irregulari-
tate contracta ratione alicuius peccati, cum
Irregularitas non sit censura. Verum est ta-
men, q̄ aliorum priuilegiorum virtute de
quibus verbo. Dispensatio. num. pos-
sunt Fratres absolui ab aliquibus irregula-
ritatibus.

42 ¶ Sed est dubium, An Prælati Ordinum
Mendicantium possint absolvere suos sub-
ditos ab Excōmunicatione, & Suspensione,
quæ incurritur ratione Simonie veræ, &
realis, in Ordinis, vel Beneficii susceptio-
nē?

¶ Prodecissione huius dubij est aduertendū
primo, q̄ præsupponit ea, quæ certa & indu-
bitata sunt, deinde inquirit de Prælatorum
potestate circa absolutionem & dispensatio-
nem a censura, & pœnis, quibus se inuoluit,
& illaqueatur Simoniacus. Circa primum
hoc est certum, Simoniacum realem & sci-
entem se Simoniacè ordinari, aut sibi Simo-
niace